

» Item quod omnes et singuli homines predictorum castrorum,
 » terrarum et locorum et cujuscumque eorum tam videlicet extrin-
 » seci quam intrinseci eorumdem ab omnibus et singulis excessibus,
 » injuriis, offensionibus aliisque delictis hinc inde et utrique inter
 » eos vel alios vel ab eis seu contra eos illatis, factis vel receptis
 » quoquo modo usque in diem quo comuni Florentie seu procura-
 » toribus et nunciis dicti comunis predicta castra fuerint expedite
 » et libere consignata, omnibus condemnationibus, processibus,
 » sententiis, accusis vel querelis factis vel que propterea fieri pos-
 » sent, sint et esse debeant, tam in dictis castris, terris et locis
 » comunis Florentie seu tentis pro ipsorum comune, quam in civi-
 » tate lucana et ejus comitatu et districtu totoque dominio dicto-
 » rum dominorum de la Scala et ab omnibus factionibus et one-
 » ribus realibus et personalibus, quocumque nomine censeantur
 » impositis, tam per comunia ipsorum locorum et castrorum, quam
 » per dominos de la Scala, seu per comune Luce aut aliquos offi-
 » ciales eorum et cujuscumque eorum a die retro qua dicta castra
 » comuni Florentie seu nunciis et procuratoribus dicti comunis
 » fuerint designata, penitus et totaliter liberi et absoluti et pro
 » liberis et absolutis ex nunc habeantur et sint, ita quod nullus
 » eorum possit pro dictis occasionibus vel aliqua eorum ullo tem-
 » pore realiter vel personaliter molestari. Et quod commune Flo-
 » rentie aut aliqui rectores vel officiales ejusdem ac dicti domini
 » de la Scala et comune Luce seu aliqui rectores vel officiales
 » eorum aut alicujus vel alterius eorum seu districtus vel comitatus
 » lucani de predictis se intromittere non debeant, nec super eis
 » audire, intendere vel procedere, nec aliquem molestare nec mo-
 » lestari permittere ullo modo, immo possint tam dicti extrinseci
 » quam intrinseci dictorum castrorum, terrarum et locorum stare
 » esse et habitare in eis et quolibet eorum pacifice et quiete sine
 » gravamine vel molestia predictorum.

» Item dominus magister Franciscus procurator et procurato-
 » rio nomine dicti domini Mastini et pro eo ac domino Alberto